

*C. h. n. f. Marant. in spec. p. 5. c. 5. de confess. n. 31. Umm. disp. ad Process. 13. tb. 9. § 37. in f.* Posteriori autem casu pro extrajudiciali saltem habetur confessio, quia hactenus Arbitrarius pro privato tantum habetur. Itidem quoque ex eadem ratione responderi potest, quando quaeritur, Utrum confessio coram Notario & testibus facta judicialis dici possit, nec ne? Nimirum, affirmatur si in forma judicii facta fuerit, negatur autem, si secus actum fuerit. Vid. *Everhard. loc. topic. p. 822.*

§. XXXI.

N<sup>3</sup>

Communia utriusque confessionis requisita censentur haec; ut fiat 1. *Sponte, c. 1. caus. 15. qv. 6.* Patet igitur, nullo modo pro legitima censi posse confessionem, quae vi metue extorta fuerit. *Coll. Jur. Argent. b. t. §. 4. num. 3. Mynsing. Cent. 5. Obs. 23.* Atque hinc est, quod confessio si à Judice tormentis extorta fuerit, non sufficiat ad plenam probationem, nisi postmodum in separato à tormentis loco, sive quod idem est semotis tormentis, quandoque etiam in iudicio apud acta &c. repetita fuerit. *l. 2. C. de cust. Reor. Nemes. Carobin. art. 58. Carpz. Pr. Crim. num. 16. Cravett. Conf. 806. num. 8. Mynsing. Cent. 5. Obs. 23.* Quamobrem, quando post tormenta ratificatio confessionis subsequuta fuerit, plena omnino habebitur confessio. per d. *l. 2. C. de cust. Reor.* ubi *Gl.* facit quoque *c. 1. de accusat. in 6. Mascard. Concl. 353. num. 1. & seqq. vid. Carpz. Pract. Crim. p. 3. qv. 123. num. 8. Zang. de qv. est. c. 2. num. 9.* Quemadmodum enim confessio ex impotenti quodam animi impetu vel iræ furore promanans non praëjudicat, *Lanfr. Pr. c. 7. de confess. n. 2. Panormit. inc. ex literis extr. de divort. n. 42. Everhard. loc. top. p. 770. 782. num. 4. & 702. in f.* ita quoque confessio tormentorum cruciatu sine legitimis iudiciis extor-